

0260-0268- SS Dionysius - Decretum ad Severum Episcopum

O93, f. 24vb; N442, f. 54vb; V630, f. 57ra; I83, f. 119ra; VD38, f. 112va; SG670, p. 233a; P9629, f. 31r

CUIUS¹ SUPRA SEVERO EPISCOPO² DIRECTA.

Dionysius episcopus Severo episcopo salutem.

Olim et ab initio tantam³ percepimus a beato Petro apostolorum⁴ principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesiae auxiliante domino subvenire⁵ et, quicquid nocivum est, auctoritate apostolica corrigere et emendare.

Ad⁶ hoc enim divinae dispen<SG670, p. 233b>sationis^{7 8} provisio^{9 10} gradus et diversos constituit ordines esse distinctos¹¹, ut, dum reverentiam¹² minores potioribus^{13 14} exhibent et potiores minoribus dilectionem im<V630, f. 57rb><VD38, f. 112vb>penderent, una concordia¹⁵ fieret ex diversitate contextio^{16 17} et¹⁸ recte officiorum generetur^{19 20} administratio^{21 22} singulorum. Neque universitas alia poterat ratione subsistere²³, nisi huiusmodi magnus <I83, f. 119rb> eam differentiae ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque aequalitate²⁴ gubernari vel vivere non potest, caelestium militiarum²⁵ exemplar²⁶ nos instruit, quia²⁷, dum sint angeli, sint²⁸ archangeli, liquet²⁹, quia non aequales sunt, sed in potestate³⁰ et³¹ ordine, sicut nosti, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, ista constat³² esse distinctio, quis³³ hominum abnuat³⁴ huic se libenter dispositioni submittere³⁵? Hinc etenim pax et caritas mutua³⁶ se vice³⁷ complectuntur³⁸ et manet firma concordiae³⁹ in alterna⁴⁰ et deo placita dilectione <SG670, p. 234a> sinceritas⁴¹. Quia igitur unumquodque tunc salubriter⁴² completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri praepositus.

<P9629, f. 31v> De⁴³ ecclesiis ergo⁴⁴ parrochianis, unde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendae per Cordubensem provinciam⁴⁵ ac dividendae sacerdotibus, <VD38, f. 113ra> nihil tuae caritati melius nobis videtur intimare⁴⁶, quam ut sequaris, quod nos in Ro<N442, f. 55ra>mana ecclesia nuper⁴⁷ egisse⁴⁸ cognoscitur. Ecclesias⁴⁹ <I83, f. 119va> vero singulas singulis presbyteris dedimus, parrochiasque⁵⁰ et cimiteria eis divisimus et unicuique ius⁵¹ proprium habere⁵² statuimus ita videlicet, ut nullus alterius⁵³ parrochiae terminos⁵⁴ aut⁵⁵ ius invadat, sed unusquisque⁵⁶ suis terminis⁵⁷ sit contentus⁵⁸, et taliter ecclesiam et⁵⁹ plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal aeterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat et non iudicium⁶⁰, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam⁶¹, carissime, te et omnes episcopos sequi convenit⁶² <SG670, p. 234b> et, quod tibi scribitur, omnibus, quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis, sed generalis⁶³ fiat ista praeceptio.

Crimina⁶⁴ vero, quae episcopis⁶⁵ impingere⁶⁶ dicis, per alios non sinas⁶⁷ ullo modo fieri nisi per ipsos, qui crimina intendunt^{68 69}, si tamen ipsi digni et irreprehensibiles⁷⁰ apparuerint et⁷¹ actis^{72 73} docuerint publicis omni se carere suspicione ac inimicitia et irreprehensibilem fidem conversationemque <O93, f. 25ra> ducere. Nemini⁷⁴ enim de se⁷⁵ confesso⁷⁶ credi⁷⁷ potest super crimen alienum, <VD38, f. 113rb> <I83, f. 119vb> quoniam eius⁷⁸ omnisque rei confessio⁷⁹ periculosa est et admitti^{80 81} non debet.

Similiter⁸² alieni erroris <V630, f. 57va> socium vel a sui voluntarie propositi^{83 84} tramite⁸⁵ recedentem aut sacris patrum regulis et constitutionibus⁸⁶ inoboedientem suscipere non possumus nec debemus⁸⁷ nec impetere^{88 89} recte credentes vel sanctorum patrum⁹⁰ sanctionibus⁹¹ obtemperantes permittimus, quia in<SG670, p. 235a>fames omnes esse censemus⁹², qui suam aut⁹³ christianam praevaricant⁹⁴ legem aut apostolicam vel regularem⁹⁵ libenter postponunt⁹⁶ auctoritatem.

Haec⁹⁷ itaque, frater carissime, quae pro affectu^{98 99} sacerdotalis nominis et honoris impendimus, tibi tuisque subditis¹⁰⁰ et omnibus tenenda et aliis nuntianda atque praedicanda mandamus, quibus et pietas ad utilitatem et sit ad fructum dilectio. Unde obiurgando¹⁰¹, hortando, suadendo, blandiendo¹⁰², consolando¹⁰³ prodesse, quibus possumus, festinemus.

Lingua nostra bonis¹⁰⁴ fomentum^{105 106} sit, pravis aculeus¹⁰⁷. Tumidos¹⁰⁸ retundat¹⁰⁹, iratos mitiget¹¹⁰, pigros¹¹¹ exacuet^{112 113}, desides¹¹⁴ hortando succendat, refugientibus suadeat¹¹⁵, <I83, f. 120ra> asperis¹¹⁶ blandiatur, desperatos¹¹⁷ consoletur, ut, quia doctores dicimur¹¹⁸, viam <VD38, f. 113va> salutis gradientibus ostendamus¹¹⁹. Simus in custodia vigilantes, aditus^{120 121} contra hostis¹²² insidias <SG670, p. 235b> solliciti muniamus¹²³. Et si quando perditam ovem de comissis gregibus error adduxerit^{124 125}, toto¹²⁶ illam annisu^{127 128} ad¹²⁹ caulas¹³⁰ revocare dominicas contendamus¹³¹, ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed praemium¹³² consequamur.

<N442, f. 55rb> Quia ergo in his omnibus divinae gratiae adiutorium^{133 134} opus est, omnipotentis dei assiduis¹³⁵ precibus clementiam exoremus, quatenus ad haec nobis operanda et velle¹³⁶ tribuat et posse¹³⁷ concedat atque in ea¹³⁸ nos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil aspergimus^{139 140}, per ipsum implere omnia valeamus.

Data V¹⁴¹ Idus Septembris Claudio¹⁴² et Paterno vv¹⁴³. cc. cons.

O93, f. 25ra; N442, f. 55ra; V630, f. 57va; I83, f. 120ra; VD38, f. 113va; SG670, p. 235b; P9629, f. 31v

1 *Überschrift*] EPISTOLA DIONISII PAPAE DE PRIVILEGIO SEDIS APOSTOLICAE SG670

2 EPISCOPO] EPISCOPO DIONISII PAPE I83

3 tanta O93

4 apostolo SG670

5 *am Rande* auxiliari VD38

6 *am Rande* Quod reverentiam minores potioribus et potiores minoribus exhibere debeant (*korr. aus* debeat) V630

7 *am Rande* Ordinationis VD38

8 dispensationes I83

9 *am Rande* providentia curatio VD38

10 provisio *korr. aus* pro iustitia P9629; provisos SG670

11 *am Rande* divisos VD38

12 *am Rande* Honorem VD38

13 *am Rande* Maioribus VD38

14 prioribus SG670

15 concordiae I83

16 *am Rande* Coniunctio colligatio VD38

17 contextionis *korr. aus* contextio V630

18 et *korr. aus* e VD38

19 *am Rande* ageretur VD38

20 gereretur I83; VD38; SG670

21 *am Rande* Servitium VD38

22 administratio] et ministratio, *interlinear* ad SG670

23 *am Rande* permanere VD38

24 qualitate V630; equalitatem P9629

25 *am Rande* servitutum VD38

26 *am Rande* Similitudo VD38

27 *am Rande* De dignitatum distinctione I83

28 sint *korr. aus* sin VD38

29 *am Rande* manifestum est VD38

30 potestate *korr. aus* potesta VD38

31 et] et in N442

32 constet O93

33 *quis* P9629

34 *am Rande* Renuat contradicat VD38

35 *am Rande* Subiugere supponere VD38

36 mutua *korr. aus* mutuas P9629

37 vicem I83

38 *am Rande* constringant VD38

39 concordia SG670

40 alena N442

41 *am Rande* puritas mentis VD38

42 *am Rande* sane perfecte VD38

43 *am Rande* De ecclesiis parochianis N442; V630; *am Rande* Ut ecclesie singule singulis dentur presbyteris I83

44 vero I83

45 provinciam *korr. aus* proviciam VD38

46 *am Rande* significare VD38

47 *am Rande* paulo ante VD38

48 gisse N442; egisse *korr. aus* egisset V630

49 *am Rande* De ecclesiis et presbiteris P9629

50 parochiasque et cimiteria eis divisimus *fehlt* SG670

51 *am Rande* legem VD38

52 abere *korr. aus* are VD38

53 *am Rande* altari VD38

54 terminis, *interlinear* o SG670
55 aut ius *fehlt* SG670
56 unusquisque *fehlt* SG670
57 terminis *fehlt* SG670
58 *am Rande Sufficiens* VD38
59 aut SG670
60 *am Rande condemnationem* VD38
61 *am Rande Regulam* VD38
62 *am Rande oportet* VD38
63 generalis fiat *korr. aus generalis* SG670
64 *am Rande Crimina que episcopis impingere sentimus per alios nullo modo fiant nisi per ipsos qui crimina intendunt* V630; *am Rande Qualis esse debeat acusator* P9629
65 episcopis] episcopis quosdam *korr. aus episcopis* SG670
66 *am Rande inicere* VD38
67 *am Rande Dimittas* VD38
68 *am Rande obiciunt* VD38
69 *interlinear* Rethorica scilicet intentio et depulsio SG670
70 inreprehensibiles *korr. aus inreprehensibiles* N442
71 et] et in SG670
72 *interlinear* acta quoque verbum redoricum est SG670
73 actibus I83
74 *am Rande Non suscipiendi suspecti* I83
75 seipso *korr. aus se* SG670
76 confessio VD38
77 credere V630; P9629; N442; I83; credi *korr. aus credere* VD38; SG670
78 eius omnisque] omnis *korr. aus eius omnisque* VD38
79 professioni I83
80 *am Rande Suscipi* VD38
81 admitti *korr. aus amitti* SG670
82 Similiter alieni *korr. aus Alieni similiter* O93
83 *am Rande Dispositionis Deiectionis habitus* VD38
84 praepositi P9629; VD38
85 tramitem I83
86 *am Rande Decretis praeceptis* VD38
87 debemus *korr. aus delemus* SG670
88 *am Rande Accusari* VD38
89 impetire O93; P9629; impeti I83; VD38; impetere] impeti ab eis *korr. aus impeti* SG670
90 patrum *korr. aus patrum patrum* SG670
91 *am Rande Institutionibus* VD38
92 *am Rande Iudicamus* VD38
93 aut *korr. aus aut ut* SG670
94 praevaricantur I83; VD38; SG670
95 regulam I83
96 *am Rande contemnunt* VD38
97 Haec itaque *fehlt* SG670
98 *am Rande Devotione dilectione* VD38
99 affectu *korr. aus affecta* V630
100 subditi I83
101 *am Rande Increpando* VD38
102 blandendo VD38
103 consolaendo *korr. aus consolando* P9629
104 bonis *korr. aus bnis* VD38
105 *am Rande nutrimentum* VD38
106 frumentum SG670
107 *am Rande Stimulus punctio* VD38
108 *am Rande Superbos* VD38
109 *am Rande Reprimat* VD38
110 *am Rande Ratificet* VD38
111 pigros *korr. aus prigos* P9629
112 *am Rande excitet* VD38

- [113](#) exacuat *VD38; SG670*
[114](#) *am Rande* Segens pigros *VD38*
[115](#) suadeat *korr. aus* suadet *SG670*
[116](#) Asperis *korr. aus* Aspris *VD38*
[117](#) desperatos *O93; VD38; desperatos korr. aus* desperatos *SG670*
[118](#) dicimus *I83; VD38*
[119](#) ostendimus *N442*
[120](#) *am Rande* Divinis secretis caelestibus mysteriis *VD38*
[121](#) aditum *V630; aditis O93; I83; aditus korr. aus* aditis *P9629*
[122](#) *am Rande* Inimici *VD38*
[123](#) muniamur *P9629; I83*
[124](#) *am Rande* abstraxerit *VD38*
[125](#) abduxerit *VD38; SG670*
[126](#) totam *I83*
[127](#) *am Rande* conamine virtute *VD38*
[128](#) nisu *korr. aus* adnisu *P9629*
[129](#) *ad fehlt P9629*
[130](#) *am Rande* ovili ecclesiastica *VD38*
[131](#) *am Rande* Laboremus *VD38*
[132](#) praemium *korr. aus* proemium *SG670*
[133](#) adiutorio *VD38; SG670*
[134](#) adiutorium opus est] adiutorio indigemus *korr. aus* adiutorio *SG670*
[135](#) assiduis *korr. aus* assi *V630*
[136](#) *am Rande* voluntatem *VD38*
[137](#) *am Rande* possibilitatem *VD38*
[138](#) ea nos via] eam nos viam *SG670*
[139](#) *am Rande* Seminamus hoc est praedicamus *VD38; interlinear id est* incipimus *SG670*
[140](#) aspergimus] agere possumus *V630*
[141](#) VI *VD38*
[142](#) claudio *korr. aus* cladio *SG670*
[143](#) vv. cc.] v. c. *SG670*